D. D.
NICOLAI RODRIGVEZ
FERMOSINI,

Sanctæ Fidei Inquiſitoris

PARS SECVNDA
DE IVDICIIS

Libri ſecundi Decretalium,

AD TITVLVM
DE FORO COMPETENTI

VBI VTRIVSQVE FORI PRACTICÆ,
& Doctrinales enodantur Quæſtiones.

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA
SALAMANCA

D. D.
NICOLAI RODRIGVEZ FERMOSINI, HISPANI,
IN TRIBVNALI VALLISOLETANO Sanctæ Fidei Inquiſitoris,
AD TITVLVM DE FORO COMPETENTI, & ſingula eius capita enodatio.

AD RVBRICAM.

SVMMARIVM.

1 *Titulus de iudiciis, & titulus de foro competenti ſub una Rubrica ſolet comprehendi. n.4.*
2 *Forum unde dicatur, & quid ſit & qualiter diſtinguatur forum in genere neutro ſumptum.*
3 *Forum non ſolum comprehendit iuriſdictionem ſed etiam locum ubi lites exercentur.*
5 *Prætorium, tribunal, & conſiſtorium, idem ſignificant quod forum.*
6 *Competens Iudex cognoſcitur ex quadam generali ſumma regula, iuris actor ſequitur forum rei.*
7 *Iudices tripliciter dicuntur competentes, numeris ſequentibus.*
8 *Iudices alij dicuntur ſimpliciter iudices Ordinarij, quorum iuriſdictio nota eſt de iure, & à quibus citentur. n.9.*
10 *Iudices ordinarij, aut ſupremi ſunt, aut inferiores. numero 11.*
11 *Iudices alij ſunt, qui ex partium conſenſu aſſumuntur, & ſiunt competentes.*
12 *Laicus poteſt prorogare iuriſdictionem Eccleſiaſtici.*
13 *Ordinarij iudices plures, ut ſunt Primas, Archiepiſcopus, Legatus, Epiſcopus & alij inferiores.*
14 *Vicarius generalis Epiſcopi, non foraneus.*
15 *Tenentes locum prætorium.*
16 *Duces, Comites, Marchiones, & ab eis nominati dicuntur iudices ordinarij.*
17 *Reges Hiſpaniæ, plures magiſtratus crearunt à quibus de facili partes iuſtitiam conſequuntur.*
18 *Supremi magiſtratus in prima inſtantia poſſunt cognoſcere de quibus Rex ipſe excepit quibuſdam remiſſiuè.*
19 *Iudices alij vocantur conſeruatores, & qui ſunt remiſſiuè.*
20 *Extraordinarij ſunt iudices alij, ut delegati, & arbitri, & qui ſint. n.21. & 22.*
23 *Forus quibus ex cauſis competat hic remiſſiuè.*
24 *Delicti ratione, quis in foro animæ non ſortitur forum.*
25 *Abſolutus à cenſuris virtute iubilei, an cenſeatur abſolutus in foro exteriori.*

QVIA congerit hic Barboſa DD. omnes, qui de hac Rubrica ſcripſerunt, & aliqua notat ipſe. Et Andreas Vallenſis, Zipæus de iure canonico nouo, & Ioannes Honorius Vanogel ad *hunc titulum.* & idem Barboſa cum multis ab eo relatis nouiſſimè *hic p.6.* Ideo in ea enodanda breuis ero, aliqua ſolum adnotando, quæ videntur Rubricæ conuenire, cumque conſulti, & imperatores hunc titulum adſcribant *cum tit. de iudiciis,* vt diximus. coniguntur cum noſtra Rubrica, & iuribus, & promiſcua quidem ſunt inter ſe hæ duæ Rubricæ, & contenta in eis. 1

Etenim forus à fundo, ſiue à foraneo Rege, qui 2

MONITVM AD LECTOREM.

CVM plura quæ pertinent ad ſanctum Inquiſitionis tribunal, ad eius iudices, & miniſtros diſperſim poſſis videre in relatis titulis de iudiciis, & foro competenti, & in quadam competentia, ſeſe obtulerit caſus ſequens, videbis quæ tanquam promotor fiſcalis, pro defendenda iuriſdictione ſcripſi, vbi multa conducibilia ad materiam & ad iuriſdictionem DD. Inquiſitorum, atque ad exemptionem fori miniſtrorum & familiarium. Et videbis etiam aliam allegationem quam poſt hanc ſcripſi pro defendendo miniſtros & Officiales ſanctæ Inquiſitionis Vallis, ab ſolutione tributorum & gabellarum, vulgò Alcabalas, Anno milleſimo ſexcenteſimo quadrageſimo octauo.

M. P. S.

PRO TRIBVNALI SANCTI OFFICII INQVISITIONIS VALLISOLETANÆ,

Cum D. HIERONYMO ANTONIO DE TORRESILLAS eius Ciuitatis Prætore.

Tunc temporis data typis Hiſpano ſermone.

Facti ſpecies. PROMOTOR fiſcalis huius ſancti Officij Inquiſitionis Valliſoletanæ, &c. Tertio Kalendas Auguſti, Anno Domini milleſimo ſexcenteſimo quadrageſimo octauo, Prætor huius ſupradictæ Ciuitatis è pœnitentiæ domo extraxit D. Antonium Moreno eiuſdem domus cuſtodem, & D. Marianam de Pereda eius amicam, vxoremque quondam cuiuſdam Secretarij Inquiſitionis Llerenæ, ſub prætextu, quòd impedirent fabricam & extructionem parietum cæmentitiorum, qui tunc temporis extruebantur, ad itinerantium ingreſſus in hanc Ciuitatem arcendos ob metum peſtis, eoſque tam verbo, quàm opere aſperè vexando, vt conſtat ex teſtificatione operarum, mercenariorumque in carcerem publicum detruſit, in quo compedibus vinclisque onuſtos ſceleratiſſimis inhoneſtiſque hominibus coæquauit: & quamuis primò, ſecundò, ac tertiò fuerit requiſitus, vt incarceratos exhiberet, huicque ſanctæ Inquiſitionis tribunali, tanquam eorum iudici competenti reſtitueret, cum omnibus originalibus actis, ac proceſſu; Primò reſtituturum, poſt autem, nonniſi eorum tranſſumptum traditurum reſpondit, ſub conditione, quod tribunal ad nullum alium actum procederet. Cumque moneretur, vt dictis, ac iuſſis obtemperaret, vanis excuſationibus ac indebitis reſponſis ſe excuſare curauit, grauiora vincula incarceratis iniiciens, cenſuras contemnens, inobediens permanſit populum ſcandalizans; ſiquidem nec per declaratoriam denunciationem, nec per excommunicationem participantium, nec per anathema filium ſe exhibuit Eccleſiæ, quin potiùs cum nota ac populi ſcandalo omnes communicabat omnem leſe efficientem actum iuriſdictionis exercendo; & quamuis ei indictum eſt interdictum generale locale, magis pertinax aſſerebat, ac publicabat hoc ſanctum Inquiſitionis tribunal non habere iuriſdictionem ad eum excommunicandū, & ad minùs quod cum ipſe à cenſuris appellaſſet, nulla eum cum comprehendere poterat interim, quod non declararetur ad quem cognitio incarceratorum pertineret. Et quia cum iamiam ceſſatio à diuinis promulganda exiſteret V. M. ordinauit quod ſolutis incarceratis à Prætore, tribunal eidem abſolutionem impenderet, interdictumque tolleret miſſis omnibus actis ac proceſſu. Et cum muneri meo ſatisfacere intendens pro tuenda huius tribunalis iuriſdictione petiiſſem, quod longè lateque in vno meo libello expreſſi, nunc in munimen ac fundamentum eius, viſum eſt mihi hæc panca in medium producere, per quæ cognoſcetur quàm rationabiliter hoc actum eſt, quamque iuridicè ab hoc tribunali omnia geſta ſint; vt perindè ſupradictus Prætor aſperè puniatur, ne via infinitis his ſimilibus licitis ac extorſionibus aperiatur, præſertim cum in dies cæteri iudices hæc impunita conſiderantes incompetentias inducent nullas cognoſcendo huius tribunalis cenſuras in contemptum iuſtitiæ, quam tam ſecurate in omnibus, & per omnia V. M. adminiſtrat.

* * *

ARTI